



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 65. Archiepiscopus apud Regem falso delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.  
A.C. 1499.

§. LXV.

*Archiepiscopus apud Regem falso  
delatus.*

Quantocius Rex Catholicus missis ad eum literis de proximo Granatensis urbis periculo ob motam Maurorum seditionem edocetur; ipse quoque Archiepiscopus Toletanus, cum plurimos sibi infensos esse probe nosset, ut horum calumnias, quibus se fors apud Regem obui timebat, præveniret, ad Reginam ablegavit quemdam Maurum, qui illa ætate pedibus velocissimus, primo itineris die triginta ferme leucas emensus est, altero vero vini illecebris captus ad ebrietatem usque tam liberaliter haufit, ut is cum bidui itinere Hispalim pertingere, illum oportuisset, quinque omnino dies infumeret, ac nonnisi sexto literas sibi concreditas perferret, unde id, quod Archipræsul suspicabatur, evenit; jam enim hostium suorum literæ Hispalim delatæ defensionem suam importuna celeritate prævertebant; in illis Archiepiscopus velut unica seditionis causa traducitur, culpatur vir ferox, ac crudelis, qui Mauros ad Christianorum sacra immodica severitate compulisset, eosque ad desperationem redegisset. Rex, cum aliunde Archiepiscopo a tempore quo ad



ad Toletanam sedem posthabito Alphonso Sæcul. XV  
A.C. 1499.  
de Arragonia notho ejus filio promove-  
batur, parum addictus esset, hanc occa-  
sionem in rem suam vertebat, ut oppor-  
tune verbis sat vehementibus, imo &  
amaris hujus Præsulis electionem Regi-  
næ exprobraret, ad quæ ipsa nil prom-  
ptum habebat, quo Archiepiscopi clien-  
tis sui causam defenderet.

## §. LXVI.

*Archiepiscopi vindiciæ: Mauri ab eo  
ad Christi fidem inducti.*

Igitur ad Archiepiscopum literas dedit *Marion.*  
objurgationibus plenas speciatiim ejus *lib. 27.*  
incuriam, ac negligentiam incusans, qua  
de Granatensi tumultu notitiam trans-  
mittere omisit. Verum cum hæc gereren-  
tur, Tabellarius a Ximenio missus ejus-  
dem literas defert; nihilominus Archi-  
episcopus haud temere suspicabatur, tar-  
diores literas suas ad dissipandas hostium  
suorum calumnias, atque ad vindican-  
dam suam innocentiam minus ponderis  
allaturas; quapropter eodem ferme tem-  
poris articulo Franciscum Ruyz Minori-  
tam socium suum Hispalim ablegavit,  
eo sine, ut ille de tota Maurorum sedi-  
tionis serie Reges Catholicos distincte,  
& accurate edoceret, necnon structas ini-  
micorum insidias everteret. Valuit suc-  
cessus;